Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26054
Copyright: Admont, Benediktinerstift



gessit et obhoc de carcere meruit liberari. De iosia rege qui terrā
omnē iuda ab idolorū spurcitia emundauit et uerbis dī in libro legis
lectis conpunctus est. Contaminauit tophet qd ē in conualle filii
ennon abstulit equos quos dederant reges iuda soli in introitu tēpli dni
excelsa polluit et contriuit statuas et sepulchra mortuorū effodiens
cōbussit ossa idolatrarū. De phase celeberrimo qd fecit iosias in octa
uo decimo anno regni sui dno. De morte iosie et substitutione achaz
filii eius in regno iude pquē ioachim regnauit in loco frīs captiuati.
De ioachim rege qui et iechonias alio nomine est apellatus quē nabu
chonosor cū matre et uxoribus cū eunuchis ac cetera turba et parte
uasorū dī de ierlm transtulit babylonē. De sedechia rege qui obscelerū
magnitudinē traditus ē cū filiis et omī pplo. De nabuzardan pncipe
exercitus regis babilonis qui terrā iudeorū deuastauit ciuitates
destruxit templū concremauit et domus regias incendio consūpsit
et omnē predā in babilonē secū TRANSTVLIT. Explicuit Capta libri iiii.

Incipit tractatus RABANI MAVRI archiepi in librum regum.

Cap. 1.

FVIT VIR VNVS DE RAMATHA SOPHIM. de
monte ephraim. et nomē eius elchana. et cetera. Dicam primū de
generatione pphe secdm hystoriā. ut postea continuatī allegoriā
eius inseram. Elchana quippe pater samuelis pphe de stirpe leui fuit. sed n
de generatione aaron sacerdotis. Fuit enī ut uerba dierū narrant
ide helchana filius ieroboā filii eliu filii thau filii suph. filii helchana
filii maath. filii amasai. filii bechana. filii iohel. filii aharie filii so
phonie. filii thaath. filii asir: filii abiasaph. filii chore. filii saar: filii
caath. filii leui. filii isrl. Matrē quoq; eius de tribu iuda extitisse. F B
monstrat in eo qd effrateus uocat. Effrateus enī ab ephrata uxore caleb
quē constat fuisse de tribu iuda dictus ē. Et si quē mouet qd ab ephrata
n ab effratim effrateus uocet. uideat in subsequentibus qualiter dauid filius
ysai effratei uocet. cū liquido pateat eunde ysai n de effraym. sed
de tribu iuda extitisse. Et pbat eunde helchanan effrateū ab effrata
n ab effraym dici. Hic inter medios ciues effrē sortis existens ramath H